Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



hierusalem: 7

Ex audi orationem meam · ad te omnis caro ueniet 7

Verba iniquorum preualuerunt sup nos · ÷ &: impietatibus nostris tu propitiaberis 7

Beatus quem elegisti & assumpsisti · inhabitabit in atriis tuis 7

Replebimur in bonis domus tue · scm est templum tuum · mirabile in aequitate 7

Ex audi nos ds saluta ris noster · spes omnium finium terre & in mari longe 7

Pre parans montes in uirtute tua accinctus potentia · qui conturbas profundum maris · sonum fluctuum eius 7

Ipse populus qui prius dixerat te decet ymnus · nunc ad dm ymnica supplicatione proclamat dicens: 7 Exaudi orationem meam · Rogabat · ut hic ei parceret · ne in futuro se damnaret, Omnis caro · ac si diceret · ad te conuertetur omnis homo 7

Ergo qui se dignum xpi electione prebuerit · inhabitat cum apostolis scis · In tabernaculis sempiternis 7

Salutaris noster e ds · qui humano generi sua pietate salutem contulit, Spes enim dni · non est localis nec unius gentis · sed omnium finium terre et in mari longe · siue ad insulas respicit · siue ad totius saeculi habitationem 7

Praeualuerunt uerba iniquorum · quando pagani parentes persuaserunt filiis suis · ut antiquos ritus et sacrilegia colerent, Sed his erroribus pietas diuina subuenit · quando salutem mundo aduentu dni indulsit 7

Replebimus quasi ad mensuram nostrum · quantum possumus capere potuimus, Ut paulus unicuiq · data est gratia · secundum mensuram donationis xpi, Scm templum est homo ille · in quo inhabitat plenitudo diuinitatis, Quod dixit mirabile · ad praedictum uirum respicit · qui in aequitate uersatur 7

Praeparans montes · id est apostolos · qui aduerbum praedicationis electi sunt, hos pparauit in uirtute dns · quia per eos fecit magna mirabilia, Accinctus · id est indutus maiestate sua, Iurbauit · p pdicationem aptoz, Profundum maris · id gentiliu corda, Merito corde turbati · quando deos suos